

**533** in epistilio litteris magnis. Tergeste in quodam horto RED., in ecclesia S. Iusti TOM. BEMB., in ecclesia S. Iusti super quadam porta BELL., in muro cath. eccl. ad laevam portam baptisterii SCHÖNL. similiterque DELLA CROCE, CARLI. Extare negat MAIN. Hodie in museo. — Polae adscribit et nunc Brixiae extare ait VERGOTT.

P · PALPELLIUS · P · F · MAEC · CLODIVS  
QVIRINALIS · P · P · LEG · XX · TRIB · MILIT · LEG · VII  
C P F PROC AVG PRAEF · CLASSIS DEDIT

Contuli. Habent ab Antiquo descriptam Felicianus (Marc. n. 5, Ver. n. 9); Redianus f. 143' Terg. n. 23 (inde Gud. 179, 2); Tomitanus f. 7 n. 23 (inde Carlius 3 p. XLVIII); Bembus f. 104; Peut. 526 f. 110; Bellonus n. 24. Item Scussa cod. Marc. p. 22, cod. Kandl. syll. n. 7 (inde Schönleben 1, 225); della Croce p. 118. 269 (= Mainati 1, 1, 272); Carli 2, 73; Kandler *archeogr. Triest.* 1, 123 et *Istria* 1848 p. 293 et syll. n. 37.

V. 3 litteris dimidiatis scriptus est, ut et C · P · F et G · P · F admittat. Integrum legit unus Kandlerus; T .... D .... DD .... N .... F .... CIL .... SDR della Croce; PRAEF (PRAEFECTVS Fel.) CLASSIS DEDIT lacuna cœlata exempla antiqua vetustiora Felic. et Red.; PRAEF-II-CLASSIS (CLRSSIS Peut.) DEDIT exempla antiqua recentiora Tom. Bemb. Peut. (omisit haec Bellonus, fortasse ideo quod ea repperit in archetypo picta litteris dimidiatis); omittunt plane praeter Bellonum Scussa et Carlius.

Conferantur Tacitus ann. 13, 30 ad a. p. C. 57: *Clodius Quirinalis, quod praefectus remigum qui Ravennae haberentur velut infimam nationum Italianam luxuria saevitiaque afflictavisset, veneno damnationem anteit et infra n. 540.*

suum ordine servato in neutra; Grut. 193, 3 a Benedicto Georgio patricio Veneto (inde della Croce p. 128. 249; Vergottin Pola p. 47). A prioribus Phil. Camerini in schedis Muratorianis XVIII, 224 et Kandler n. 45; cf. Orelli 2218.

Variam lectionem dabo integrum exemplarium integrorum Siederi (quocum Sanutianum 147 fere convenit) Manutii Gruteri, item in parte posteriore quae hodie desideratur Bellonianam n. 22 et Sanutianam f. 145, ex reliquis adnotabo potiora, maxime ut constet de interpolationibus posteriorum. — Versus recte divisit Grut. et fere Valvassoni. — 1 PETRONIVS om. Sieder. — PV Sieder Valv. San. 147 recte, PA Man., PVP Grut., PVB Red. Fel. (scilicet exemplum integrum, nam alterum non cito) et fere exempla Antiqui. — 2 LEGVM pro LEG Manut. — FLAM pro FVLM praeter Redianum exempla Antiqui (Fel. Tom. Bemb. Bell. 14 Ap.) ex interpolatione. — AIV...IC Sieder, ADIVC San. 147, AILIA (?) ... TRIC Manut., ... HIC San. 145, ... SIC Bell. 22, ADIVTRIC Grut., ADIVC Red., ADIV... Felic., ADIVVIC Bell. 14 Ap.; ADIV usque ad COH·V om. Tom. Bemb. — VIC San. 147 Grut. pro VIG — VIG usque ad COH·V om. Ap. — 3 XII pro TR · priore Felic., TRI · pro TR · altero Man. San. 147, TER · pro TR · bis Tom. Bemb. Bell. 14. — TROTT pro TR · COH altero Felic. — PR · RR Manut., PR (altero PR omissio) Felic. — 4 ... SPANIAE San. 145 et 147, ... SPANIE Sieder, ISPAZIAE Valv. Bell. 22, ... PANIAE Man., HISPAZIAE Grut. et fere exempla Antiqui. — ET om. Man. — 5 CALLECIARVM Sieder Manut. — CLAVD... Sieder Manut. recte, CLAV Grut., CLAVDII San. 147 et Ant. — ..DIT Sieder Bell. 22, ... DIT San. 145, om. Manut., DEDIT Grut. San. 147 et Antiqui pleraque exempla, CEPIT Valv., CONDIDIT Felic.

**535** litteris maximis; primi versus sunt unc. 8<sup>1</sup>/<sub>3</sub> altae. Prior pars reperta est a. 1725 Tergeste *nella Braida de' Sig. Capuani* et collocata in moenibus urbis MICOR; eandem in via ad eccl. S. Iusti parieti immissam viderunt LINHART et KERT; hodie extat in museo. Alteri 'Aquileiae in ecclesia iuxta altare S. Herasmi super quodam lapide fracto' praescribunt BELLONUS et SANUTUS; Aquileiae POC.; hodie quod inde superest, relatum Tergeste cura opinor Kandleri (cf. eius *esplor.* n. 1 p. 5), item extat in museo Tergestino.

q. · petroni s · c · f · pvp · modestus  
p. p. bis leg xii fulm · et · leg · i · adiv · trie · trib. mil.  
coh. r. vig. tr. coh. xii · vr · tr. coh. v · pr · poc. diei nervae et  
imp. caes. nervae traiani · avg · germ · prov. hisp. cil. asturiae et  
callaeciarum famen · divi · clavdii dedit idemque dedicavit

Descripti quod superest. Priorem partem exhibent Micor apud Zuccherium p. 13; Bertoli inscr. Aquil. ms. n. 765 ex Piccardianis; Pococke p. 116, 12; Linhart Krain 1, 356; Cortenovis in schedis Marinianis cod. Vat. 9128 f. 142; Kert apud Mainatum 1, 1 p. 312 sq. (inde male Labus in actis Vindobon. maioribus 1 p. 357); Kandler n. 44. — Partem secundam olim Aquileiensem proponunt integrum Bellonus in Foro iul. n. 3 et Sanutus f. 40 n. 33 et Vat. 5250 f. 65 n. 40 (ex Bellono per Bertolium Mur. 846, 7 et Bertoli ipse p. 264 n. 377, ex his Kandler *archeogr. Triest.* 1, 122), partem superiore adhuc extantem Mur. 881, 3 a Bertolio; Bertoli p. 159 n. 161; sched. Fontaniniana et in bibl. cap. Utin. et inter Muratoriana; Pococke p. 125 n. 15; Kandler II cc. Dixerunt de duorum horum titulorum fatis Labus l. c. et Kandler *Istria* 1848 p. 56, hic et brevius et melius multo.

**534** Tergeste in quodam lapide longo per medium rupto SIEDER. apud vicum Riburgi ANTIQUUS (RED. TOM. REL.). Venetiis in curia dm Francisci Capello [qui cepit a. 1509 Tergeste] in rivulo divi Marei SANUTUS f. 49. Venetiis in domo Campelli MANUT. Venetiis in aedibus Francisci Michaelis patricii GRUT. Prior pars hodie extat in museo Obiciano Catai, secunda videtur periisse. — *Nella terra di Trievi nell' Umbria* CAMERINI.

Q · PETRONIVS · C · F · PVP · MODESTVS · P · P · BIS  
LEG · XII · FVLM · ET · LEG · I · ADIV · RIC · TRIB · MIL · COH · V · VIG  
TR · COH · XII · VR · TR · COH · V · PR · POC · DIVI · NERVAE · ET · IMP · CAES p.C.98/102  
NERVAE · TRAIANI · AVG · GERM · PROVIN · SPANIAE · CITER · ASTVRIAET  
5 CALLAECIARVM · FLAMEN · DIVI · CLAVD · DEDICAVIT

Vidi partem priorem Catai. Tergeste excepta exempla extant partis prioris separatum apud Felicianum cod. Ver. Terg. n. 15 et Sanutum f. 145 Terg. n. 5 et f. 146 Terg. n. 17 (hic imperfecte); partis posterioris separatum apud Bellonum Terg. n. 22 (inde male Mur. 836, 3) et Sanutum f. 145' Terg. n. 7. Denique partibus duabus coniunctis habent Felicianus cod. Marc. n. 7, cod. Ver. n. 6; Redianus f. 142 Terg. n. 12; Tomitanus f. 1 n. 1 (quem citat Carlius 3 p. XLIII); Bembus f. 102; Bellonus n. 14; Apianus 352, 4 (inde Lazius r. r. p. 156. 630. 675. 709. 712. 1205; Panvin. Rom. p. 358; Ligorius ms. Taur. 17; Smet. 144, 9; Scussa ed. p. 29), eodem exemplo omnes; item coniunctis partibus, sed emendatus, Sanutus f. 147 Terg. n. 33 (postea adscriptum) et Valvassoni n. 1 et Sieder n. 13 (inde Mur. 874, 4 ex schedis suis). Venetiis exempla descripta proponunt Sanutus f. 49, ubi separantur partes, posterior autem datur imperfecta; Manutius cod. Vat. 5248 p. 5, ubi partes coniunguntur quidem, sed post priorem datur posterior ver-

saum ordine servato in neutra; Grut. 193, 3 a Benedicto Georgio patricio Veneto (inde della Croce p. 128. 249; Vergottin Pola p. 47).

A prioribus Phil. Camerini in schedis Muratorianis XVIII, 224 et Kandler n. 45; cf. Orelli 2218.

**536** litteris magnis et bonis. Tergeste in eccl. cathedrali in abside altaris S. Sacramenti nuper rep. et illata in museum.

PVP · PRO  
leg. xxi i · PRIMIG  
prAEF · GAES ·  
M · HELVET  
leg. V · MACF d

Descripti a. 1866.

Gaesati, ante hunc titulum repertum non noti nisi ex iis quae memoriae tradita sunt de debellatione Gallorum Cisalpinorum saeculo urbis sexto incipiente, Polybio (2, 22 sq.) teste Galli fuerunt accolae Alpium et Rhodani ab Insubribus et Boiis mercede data acciti et inde dicti Gaesati (*διὰ τὸ ματθεῖν στρατεύειν ἢ γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως*) nec multum discedunt a primario auctore reliqui (Plutarch. Marcell. 3; Oros. 4, 13; Strab. 5, 1, 6 p. 212. 5, 1, 10 p. 216). Gaesa autem quamquam Gallis omnibus aliisque etiam populis tribuuntur, tamen maxime propria sunt ipsorum illorum Alpinorum ad Rhodanum, unde apud Caesar b. G. 3, 4 dantur Sedunis et Veragris et *Alpina gaesa* dicuntur Vergilio (Aen. 8, 661) et Silio (1, 629). Quod denno videtur confirmare titulus Tergestinus licet mutulus; nam post praefectum usus requirit non tam ethnicum nudum quam militiae generis definitionem. Quare cum hoc *praefecto gaesa[torum] ... um Helvet[iorum]* composuerim *praefectum levis armaturae Hispaniensis* (Henzen 6735) et magis etiam *praefectum Raetis Vindolicis vall[is] Poeninae et levis armatu[r(a)e]* (Henzen 6939), cuius milites et ipsos gaesatos fuisse non sine causa conicias.